

## X.

Est verò prædicatio vel in quid, h. e. in casu recto, vel in quale h. e. in casu obliquo.

## XI.

Ast accipiuntur prædicationes morales, qui prædicationes in Quale solent exprimere in casu recto e. g. homo est Doctor. Homo est Consul. &c. nisi velimus in his exemplis prædicationem in quid, sensu sc. morali agnoscere.

## XII.

Prædicationis in quid fundamentum petitur è doctrinâ univocorum: prædicationes in quale fundantur in doctrinâ paronymorum.

## XIII.

Non opus est, ut augeatur quinarius Prædicabilium numerus: Genus, Species, Differentia, Proprium & Accidens.

## XIV.

Supra Prædicamenta datur Conceptus superior, ast non dicitur Genus: in prædicabilibus tamen eo potest aliqua tenus referri.

## XV.

Dantur species monadicæ: neq; tamen rationibus carent, que species ejusmodi non recipiunt.

## XVI.

Differentiarum exempla vix peti possunt è classibus rerum physicarum: major copia est in classe rerum moralium, quippe quas hominum opinio s. imputatio constituit. e. g. Si Princeps facit consiliarium, necesse est, à Principe cognosci differentiam consiliarii. Et bæc est causa, cur à Logicâ non possit abesse arbor prædicamentalis rerum in disciplinis moralibus definiendarum.

## XVII.

Propria sunt, que demonstrari possunt per differentiam.

## XVIII.

Etsi accidens, ut sonat definitio, adesse & abesse potest citra subjecti corruptionem; ea tamen prædicatio. Homo moritur, non immitio, refertur ad hoc prædicabile.

## A 2

## XIX.